

## Esdre. III.

233

repudiam. Ego misi pueros meos prophetas ad vos: quos acceptos interfecistis: et laniastis corpora eorum: quorum sanguinem exquiram dicit dominus. **H**ec dicit dominus omnipotens: Dominus vestra deserta est. Projiciam vos sicut ventus stipulam. et filij procreationem non facient: quoniam mandatum meum neglexerunt: et quod malum est coram me fecerunt. Tradam domos vestras populo venienti qui me non audientes credunt. quibus ligna non ostendi facient que precepi. **P**rophetas non viderunt. et memorabuntur iniquitatum eorum. **T**estor populi venientis gratiam cuius paruuli exultant cum leticia me non videntes oculis carnalibus sed spiritu credentes que dixi. **E**t nunc frater aspice que gloria: et vide populum venientem ab oriente: quibus dabo ducatum abraam: ysaac: et iacob: et osee: et amos: et michee: et iohel: et abdie: et ione: et naum: et abachuc: sophonie: aggei: zacharie: et malachim qui et angelus domini vocatus est.

CII.

**H**ec dicit dominus. Ego eduxi populum istum de seruitute: quibus mandata dedi per pueros meos prophetas quos audire noluerunt: sed irrita fecerunt mea consilia. **P**ater que eos genuit dicit illi. **I**te filij: quia ego vidua sum et derelicta. **E**ducami vos cum leticia: et amisi vos cum luctu et tristitia. **Q**uoniam peccastis coram domino deo vestro: et quod malum est coram eo fecistis. **N**odo autem quid faciam vobis: Ego vidua sum et derelicta. **I**te filij: et petite a domino misericordiam. **E**go autem te pater testem inuoco super matrem filiorum qui noluerunt testamentum meum seruare ut des eis confusionem et matrem eorum in derisionem: ne generatio eorum fiat.

spargantur in gentes nomina eorum. deleantur a terra quoniam spreuerunt sacramentum meum. **T**e tibi assur: qui abscondis iniquos penes te. **G**ens mala memorare quid fecerim sosome et gomorre quorum terra iacet in picis glabris et aggeribus cinerum. **S**ic dabo eos qui me non audierunt: dicit dominus omnipotens. **H**ec dicit dominus ad esdras. **A**nuncia populo meo: quoniam dabo eis regnum iherusalem quod daturus eram israel. **E**t sumam mihi gloriam illorum: et dabo eis tabernacula eterna que preparaueram illis. **L**ignum vite erit illis in odorem vnguenti: et non laborabunt neque fatigabuntur. **I**te: et accipietis. **R**ogate vobis dies paucos ut immoretur. **J**am paratum est vobis regnum. **V**igilate. **T**estare celum et terram. **C**ontriti enim malum et creauit bonum: quia viuus ego dicit dominus. **D**ater amplectere filios tuos: educa illos cum leticia. **S**icut columba confirma pedes eorum: quoniam te elegi dicit dominus. **E**t resuscitabo mortuos de locis suis: et de monumentis educa illos: quoniam cognoui nomen meum in israel. **N**oli time re mater filiorum quoniam te elegi dicit dominus. **M**ittam tibi adiutorium pueros meos esaiam et hieremiam: ad quorum consilium sanctificaui et paraui tibi arbores duodecim: grauatas varijs fructibus et rotunde fontes fluentes lac et mel: et montes immissos septem: habentes rosam et lilium in quibus gaudio implebo filios tuos. **V**iduam iustifica: pupillo iudica: egenti da: orphanum tuere: nudum vesti: contractum et debilem cura: claudum irridere noli: tutare mancum. et tecum ad visionem claritatis mee admitte. **S**enem et iuuenem intra muros tuos serua: mortuos ubi inueneris signans commoda sepulcro: et dabo tibi primam cessionem in resurrectione mea. **P**ausa et quiesce

G G